

Johann Friedrich Schomer


De Optimo Principe, Modesto, Minime Superbo : Programma Quo Ad Solennia Augustarum Nuptiarum Sacra Regiæ Celsitudinis Suecicæ Serenissimi Principis Ac Domini Domini ... Adolphi Friederici ... Cum ... Domina Lovisa Ulrica ... In Lycei Wismariensis Auditorio Solenniore Panegyri Celebranda ... A. D. [] Aug. A. R. S. MDCCXLIV. ... Invitat

Wismariae: Typis And. Sebast. Winckleri, [1744]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1687427313>


Druck Freier  Zugang





MK-13396. (1)





Inhalt:

- Crudopius, De laude historiarum. Oratio hab. in schol. Wism. 1624.
Lippius, De .. praeceptoris publici conditione. " " " 1677.
Grassenberg. et Eckhorst, Oratio Alexandri Magni: ex Curt. 8, 2 diducta. 1692
Reimerus, Primitiae Wism. h. e. orationes II .. 1723.
Schomerus, De varia Augustanae conf. fortuna. 1730.
Nitte, De mentis humanae divinandae facultate. 1744.
Schomerus, De optimo principe. 1744
Rönnberg, Ven. Gedenken von den Ursachen der Elektrizität. 1746.
" , Ausmessung der Facser. 1747.
Nitte, .. Rom. VIII, 18. 22. 1751.
Denso, De deteriore schol. conditione. 1754.
" , Ankündigung einer feierl. Kundigungs Rede. 1754.
" , Cato scenis non agitandus. 1758.
" , Von den alten Deutschen. 1768.
" , (Carmen institutionis) 1765.
" , (Carmen memor.) 1774.
Einladungsprogramm. 1799.
" 1801. (Groth, Verbindung der Bürger- u. gelehr. Schulen.)
" 1804.
" 1805.
" 1809.
" 1810.
" 1814.
" 1817. (Groth, Luther über Erziehung.)
Grain, Carmen saeculare. 1817.
" 1818 .

Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis

1
Q. F. F. S.

DE

OPTIMO PRINCIPE, MODESTO, MINIME SUPERBO.

PROGRAMMA

QUO AD

SOLENNIA AUGUSTARUM NUPTIARUM SACRA

REGIÆ CELSITUDINIS SUECICÆ

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI

ADOLPHI FRIEDERICI

S. R. I. PRINCIPIS, EPISCOPI LUBECENSIS, HÆRED. NORVAGIÆ,
DUCIS SLESVICI, HOLSATIÆ, STORMARIÆ & DITMARSICÆ
COMITIS OLDENBURGI & DELMENHORSTI

&c. &c. &c.

DOMINI NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI

CUM

REGIÆ CELSITUDINIS BORUSSICÆ

SERENISSIMA PRINCIPE AC DOMINA

DOMINA

LOVISA ULRICA

PRINCIPE AC DOMINA NUNC NOSTRA
INDULGENTISSIMA

IN LYCEI WISMARIENSIS AUDITORIO SOLENNIORE PANEGYRI
CELEBRANDA, & ARDENTISSIMA VOTA, PRO AUGUSTISSIMI REGII PARIS
FELICITATE, PUBLICE NUNCUPANDA

A. D. *11 Oct* AUG. A. R. S. MDCCXLIV.

EA, QUA FIERI FAS EST, OBSERVANTIA,
INVITAT.

M. JOH. FRIED. SCHOMERUS

LYC. WISM. RECTOR.

WISMARIAE,

TYPIS AND. SEBAST. WINCKLERI, AMPLIS. SEN. TYPOGR.

OPTIMO PATRIS & MATRIS

PROGRAMMA

AD

SOLEMNI AUCTORITATE

REGIAE CENSURAE

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI

ADOLPHI-FRIEDERICI

S. R. I. PRINCIPIS, EPISCOPI LUNEBURGENSIS, HEREDI. NORVICH.

DUCE SLESVIG-HOLSATIAE, STORMARUM & DITHMARSH.

COMITIS OLDENBURGI & DELMENTHORSH.

1788

DOMINI ROSTIACI & GERMENSHANI

QUI

REGIAE CENSURAE

STRESEMANNI PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI

LOVISA-LUISSA

PRINCIPIS AC DOMINI

1788

IN FACIE VIGILANTISSIMO AUDITORIO SOLEMNIORUM PARSYTI

CAUSARUM & APPREHENSIVARUM, PRO AUCTORITATE REGIAE

REGIAE CENSURAE

1788

1788

1788

AD JOH. ERHARD. SCHOMMERUS

1788

1788

1788



on omnes omnia decere, sive ut cum *CORNELIO NEPOTE*, quem vulgus perperam *Æmiliū Probū* appellat, loquar, non eadem omnibus esse honesta atque turpia; sed multas dari, quibus privati homines commendantur virtutes, quæ summam Principis personam ornant minus; & contra, alias a Viro, Principis personam sustinente, requiri virtutes, quarum privati haud æque capaces, adeoque privato in homine vitium sæpius appellandum, quod in regia Principis persona virtutis nomine insigniri meretur, quilibet æquus, & a partium studio alienus rerum arbiter, facile concedet. Privato quippe laudi ducitur, si agrum colere, ex artibus sellulariis lucrum quærere, mercaturam exercere, frugi Patris familias officia obire, pericula subterfugere, iis se subducere, cumque amicis familiarissime vivere didicit; In his quoque & aliis, humanæ pariter atque civilis vitæ partibus, quod sui est officii, sedulo peragere adsuetus; hujusmodi in Principe, humile, ab honestate remotum, & nostri seculi moribus nefas habetur. Multum enim ab his diversæ sunt, quæ a Principe exspectantur, virtutes regię (1) non minus ac heroicæ. (2)

Agnovit

(1) Propriæ Regum virtutes censentur illæ, quæ ad salutem, incolumitatem & felicitatem Populi spectant. Duplicem earundem, quidam constituunt classem. Quarum *Illæ*, complectitur virtutes intellectuales, quæ sunt: Capacitas ingenii, firmitudo memoriæ, apprehensionis velocitas, elocutionis ordo simul & felicitas. Quas in *FRIDERICO WILHELMO MAGNO*, Electore Brandenburgico, eminentiore gradu adfuisse, affirmat *PUFFENDORFFIUS de Reb. gest. Fried. Wilb. Magni.*

Hæc vero morales: Justitiam, æquitatem, clementiam, constantiam, fidem, indulgentiam, liberalitatem, munificentiam, providentiam; & virtutes bellicas, quas, ut Principem decentes, ex Nummis Cæsarum collegit & prædicavit *SPANHEIMIUS Diss. II. de Præstantia & usu numismat.* Extant de regiis virtutibus, complures egregii Scriptores alii, quos recenset *JO. FRID. REINHARDUS in Teatro Prudentiæ elegantioris Præfat. I. p. m. 10. seq.* Quos inter palmam reliquis præripuit *BOHISLAUS ALOYSIUS BALBINUS e Soc. Jes. in Miscel. Histor. Bohem. Regn.*

(2) Heroicæ virtutes, quas Viri sapientes, Principibus necessarias tradidere, sunt: Religionis observantia, Pietatis zelus, Benignitas, Animi moderatio, Æquitas, Subditos prono amore complecti, Populorum commoda potius, quam sua sectari, homines, imaginem Dei gerentes, in terris, exemplo & autoritate, præmio & poena regere, ad veras virtutes, coelestemque prudentiam dirigere, se ipsum in magna potestate vincere, suos alienosque effrænatos impetus, recta animi moderatione, cohibere, Viros sapientes, bonarumque artium peritos, liben-

Agnovit hoc discrimen, suo jam tempore, disertissimus Romanorum Consul, CICERO, qui coram CÆSARE, DEJOTARUM Regem excusaturus, quod ebrietatem contrahere solitus non sit, insignem ejus frugalitatem commendat. *Omnis sunt*, inquit, *in illo regie virtutes, quod Te, CÆSAR, ignorare non arbitror; sed præcipue singularis & admiranda frugalitas: etsi hoc verbo scio laudari Reges non solere, Frugi hominem dici, non multum habet laudis in Rege: fortem, justum, severum, magnanimum, largum, beneficum, liberalem, hæ sunt regie laudes, illa privata est* (3)

Nec ignoravit hanc differentiam, PELOPIDAS, Thebanorum Dux maxime strenuus, qui, cum contra hostes bellum gesturus, arma indueret, lacrymisque largis eum domi retinere uxor conaretur, ac rogaret, se ipsum fervare ut vellet: *Hæc, inquit, mulier, privatis dicenda viris sunt, non iis, qui Magistratus idcirco gerunt, ut alios salvos & periculi expertes reddant.* Dantur quippe casus, quibus sublimi in folio collocatus Princeps, foris etiam se Principem, & quidem fortem, demonstret necesse est. Fiet hoc, si animo excelso infractoque, periculis obviam procedens, se eadem non molliter aut muliebriter declinare, ostenderit. Unde Cicero Virtutes inter regias, supra memoratas, fortitudinem merito primo loco ponit.

Utrum vero modestia ex numero quoque illarum virtutum sit, quæ regiam Principis personam ornant & illustrant, dubium forte quibusdam videri possit. Dubitandi ratio vel inde oriri poterat, quod juxta Doctores, morum præcepta tradentes, modestia virtus sit, quæ appetitum & fugam honorum mediocrium moderatur, cujus oppositum vitium in excessu Ambitio, in defectu, Abjectio animi & nimius honorum, quibus ab aliis digni judicamur, contemptus. Illud vero, quod Viris principibus tribuitur, honoris studium, Magnanimitatem dicere malint, eique opponant vitia, Superbiam, modum excedentem, & Pusillanimitatem, circa eundem deficientem. Quales sunt THOMASIVS (4) ITTERUS (5) OMEISIUS (6) aliique. Horum auctoritati, facili negotio opponi posset, auctoritas, CICERONIS TACITI, REINHARDI. Quorum Ille, DEJOTARUM Regem, a Modestia laudabat, & de regis virtutibus agens: *Ut volet, scribit, quisque accipiat, ego tamen modestiam & temperantiam virtutem esse maximam judico.* (7) *Iste, modestiam a Diis æstimari, neque ejus famam summis mortalium aspernandam existimat.* (8) *Hic: Debet Princeps, inquit, modestiam cum majestate temperatam habere.* Nimirum ne aut fastu elatus, humanæque conditionis oblitus, superbiat atque insolenscat, ex quo odium paritur, aut præter decorum dignitatis se dimittat, ex quo contemptus ingeneratur. (9)

Ad auctoritatem, supra allatorum Philosophiæ moralis Magistrorum, retundendam hæc sufficerent. Verum enim vero, cum in moralibus, non autoritate sed rationibus, & argumentorum pondere, pugnandum, nec desint quæ ad tollendum, adductum modo dubium faciant, monemus: Magnanimitatem non esse diuersam virtutis speciem, a modestia distinctam, sed supremum duntaxat ejusdem, aliarumque virtutum gradum, non honore solum, sed generaliori aliarum quoque virtutum ambitu metiendum. Id quod dudum evicit BECMANNUS (10) & luculentius demonstravit BOECLERUS (11) per omnes fere virtutes ostendendo, quomodo in illis se exferat Magnanimitas, & quod sui est officii, faciat, Vir vere magnanimus. Ta-

ter audire, diligere, colere, ex iisdem idoneos, qui non solum præesse, verum etiam prodesse velint & possint, in Ecclesiarum Prælatos, in Urbium Provinciarumque Præfectos, in belli Duces, in Consiliarios Adjutoresque alios deligere, qui Dei honorem, publicumque bonum h. e. Rempublicam, pace otioque constituti, florentem, omnibusque bonis affluentem, reddere studeant. REINHARDUS l. c. Lib. II. C. VII. 4. 2.

(3) CICERO in Orat. pro Rege Dejotaro Cap. IX.

(4) JAC. THOMASIVS Breviar. Ethicor. Aristot. lib. IV. Cap. 4.

(5) ANTON. ITTERUS in Synopsi Philosoph. moral. Lib. III. Cap. 5. p. m. 163.

(6) MAGN. DAN. OMEISIUS Compend. Ethic. Part. Spec. p. 117 seq.

(7) CICERO Loc. cit.

(8) Annal. Lib. XV. 2. 4.

(9) l. c. Lib. II. Cap. XV. 6 (1)

(10) JO. CHRIST. BECMANNUS Lin. Doctrin Moral. Cap. XV. § 9.

(11) JO. HENR. BOECLERUS Libr. Memorial. Ethic. P. III. Sect. de Magnanim.

deo alios Magnanimitatem ad fortitudinem potius referendam censuisse, quos inter *HENR. MORUS*. (12) In hac sententiarum diuersitate tutissimum erit affirmare, a Modestia non ita distinguendam esse Magnanimitatem, ut peculiarem ejus constituat speciem. Quandoquidem idem manet objectum, nempe honores, eorundemque studium, & eadem forma, moderandus scilicet circa eosdem appetitus. Gradus autem, in virtutibus, peculiarem earundem classem vel speciem constituere non solet.

Inanem interea de verbis contentionem evitaturi, dicimus. Modestiam esse temperatum, nec actione exultantem, de se suisque facultatibus sensum; & modestum esse appellandum, eum, qui utcumque magna mereatur, non tamen de se magnifice sentit, neque omnem honorem, quem meretur, exigit, sed humanæ conscientis imbecillitatis, conditionisque mortalis memor, eum suspectam habet, si quam ipse sibi meritorum suorum opinionem facit, tum absonum ducit, honorem ambire, quem si meritus forte sit, meritum fuisse honori ducit. (13)

Talem modestiam, omnibus commendandam hominibus, Reges quoque & Principes decere, non est quod dubitemus. Cum enim magnos magna deceant, hæc autem modestiæ virtus, maxima dicatur *CICERONI* (14) & in altissima Principum fortuna, longe eminens bonum, iudice *CURTIO*; (15) adhæc Principi, quo modestior ac civilior, eo majores reddi soleant honores. Cum spreta in tempore gloria cumulator redeat (16) & qui gloriam spreverit, veram habiturus. (17) Tempestiua denique modestia, excellens ad capiendos hominum animos, sibi obsequentes reddendos medium. Modestiam, Principi quoque viro convenire, nemo dubitabit. Quod si vero alicui hac in re dubium forte reliquum, quanta vis tempestiua sit modestiæ, intueatur egregium *CAROLI Vti* Imperatoris exemplum, qui Ducatus Cataloniae incolas, duræ cervicis gentem, si de privilegiis ac juribus retinendis agitur, ad suas pertraxit partes, & mirum in modum sibi devinxit, ad interrogationem, qua pompa Barcinonem ingredi, & ab incolis recipi velit, modestè respondens: Se contentum fore, si ad instar Comitum reciperetur, nec desiderare, ut Senatores urbis, illum salutaturi, ex equis descenderent, siquidem pluris faceret Comitum Barcinonensis, quam Romanorum Imperatoris dignitatem (18) En Tibi miram, Augustissimi Imperatoris, modestiam, & exoptatum ejus effectum.

Tanto autem pluris hæc in Principe Viro facienda virtus est, quanto rariora ejus occurrunt exempla, & quanto plures ipsis modestiam exuendi, ejusque limites transiliendi dantur occasiones. Cum enim corruptam hominis naturam, splendida excipiat & mollis in aula educatio; educationem certissima aulae pestis, adulatio comitetur; ad hanc, si insignis accesserit felicitas, contra tot fortunæ obsequia, vix satis cauta est mortalitas. (19) Adeoque major Principi adhibenda circumspectio, ut, quem natura, educatio, adulatio, fortuna depravant, modestum retineat animum. Sapientius obliviscuntur Principes, se esse homines, & opus habent admonitione *ALEXANDRO MAGNO*, a Scythis quondam subministrata: *Sin homo es: id quod es, semper Te esse cogita*. Videtur id agnovisse *PHILIPPUS* Macedoniae Rex, Alexandri M. Pater, quotidie prima luce hæc verba: *Philippe, homo es*, sibi acclamari jubens. (20) Illius autem non immemorem vixisse laudatum modo *CAROLUM V*. Rom: Imper: vel ex eo satis apparet, quod ad illud: *Hodie mihi, cras Tibi, a FRANCISCO I*, Gallorum Rege, Madriti captivum agente, parieti adscriptum,

(12) *HENR. MORUS* Lib. II. *Eth. Cap. VIII. § 15. Conf. Magnif. Dn. D. ÆPINI* Introduct. in *Philosoph. P. V. C. VIII p. 190.*

(13) conf. *PETR. GASSENDUM de Philosoph. Epicuri Tom. II.*

(14) l. c. (15) *CURTIVS* Lib. VI. C. VI. § 1.

(16) *LIV. Lib. 2* (17) *Id. Lib. 22.*

(18) referente *ANTONIO de ZUNINGA & VERA. In vita Caroli V. Imperat. Ubi: „Charles le- quint gagna les Coeurs de Catalans, gens indomtables, lors „qu'il s'agit de leurs privilèges, en repondant a ceux, qui lui firent deputez, „pour savoir de lui, comme il vouloit faire son entrée a Barcelone, qu'il se contentoit d'etre reçu comme leurs Comtes; c'est a dire, sans que les Conseillers „de la Ville descendissent de cheval, pour le saluer, parce que disoit-il, il tenoit a plus grand honneur, d'etre Comte de Barcelone, que d'etre Empereur „des Romains.*

(19) *CURTIVS* Lib. VIII. *Cap. IV. § 24.*

(20) *ÆLIANUS* *Historiar. variar. L. VIII. 15.*

ptum, sapienter adposuit: *Homo sum, & nihil humanum a me alienum puto.* Et *TRAJANUS*, optimus ille Princeps, Rom: Imp. maxime egregius, a *PLINIO* (21) ob id laudatur, quod unum se ex civibus putarit, nec minus hominem se, quam hominibus præesse, meminerit. Ubi talis modestia, & animi submissio regnat, ibi etiam reliquorum est affectuum & actionum decora moderatio, ideoque Principem ea indole præditum, optimum jure meritoque dixeris.

Quandoquidem vero Modestiae & Superbiae dividuum est contubernium, & secundae res animos quoque sapientum fatigant, ut prudenter *SALUSTIUS* (22) paucissimique mortalium ea indole instructi, quam in *TIMOLEONTE* prædicat *CORNELIUS* (23) *Nibil unquam neque insolens, neque gloriosum ex ore ejus exiit: qui quidem, cum suas laudes audiret prædicari, nunquam aliud dixit, quam se in ea re maximas Diis gratias agere atque habere, quod cum Siciliam recreare constituissent, tum se potissimum Ducem esse voluissent*: Nihil enim rerum humanarum sine Deorum Numine agi putabat. Plurimi contra verissimum probant, sapientissimi *Catonis* (24) effatum: „Scio solere plerisque hominibus, rebus secundis, atque prolixis atque prosperis, animum excellere, superbiam atque ferocitatem au- gescere atque crescere;„ mirum profecto non est, in eximiis Principum animis, superbiam etiam semina reperiri, ibidemque radices agere moliri. Siquidem *superbia commune nobilitatis malum*, judice *SALUSTIO*. (25)

Superbi imaginem eleganter depictam sistit *REINHARDUS* (26) verbis. „Exferit autem in gestu se potissimum superbia. Incedit enim arrogans, summis pedum digitis, cervicem in equi morem erigens, attollensque se supra naturæ modulum, nec aliter quam oblique intuetur, audit quam quasi non audiens, famulis pro jumentis utitur, ingenuis vero pro mancipiis, cognatis item pro alienis, amicis pro adulatoribus, civibus pro exteris.„ Hæc ita se habere probant exempla variorum, superbiam vitio insignium, quos inter *TIBERIUS*. Imperator, incedebat cervice rigida & optima, adducto fere vultu, plerumque tacitus, nullo aut rarissimo, etiam cum proximis sermone, eoque tardissimo, nec sine molli quadam digitorum gesticulatio- ne. (27) *ALEXANDER* Philippi filius, Macedoniae Rex, profligato *Dario*, cum Magni nomen accepisset, tantos sumsit spiritus, ut nulli in posterum, nisi *Antipatri* & *Phocioni*, in literis salutem adscripserit. *HANNIBAL* pugnae Cannensis successu, adeo insolescebat, ut neminem suorum civium, in castra admitteret, nec ulli responsum, nisi per interpretem, daret.

Quantum vero ex superbia mali, non privatis solum, sed Regibus quoque metuendum, demonstrant satis exempla, Sacris quidem in literis, *PHARAONIS*, *ABSALOMI*, *NEBUCADNEZARIS*, *HERODIS*, aliorumque. E profana autem historia, *TARQUINII* Romanorum Regis ultimi, ob fastum & arrogantiam, superbi nomine insigniti, tandemque ex urbe Roma ejecti. Et *JULII CÆSARIS*, laude alias dignissimi Imperatoris, qui cum honores nimios reciperet, ut continuum consulatum, perpetuam dictaturam, præfecturamque morum, insuper prænomen Imperatoris, cognomen Patris patriæ, Statuam inter Reges, suggestum in orchestra, sedem auream in Curia & pro Tribunali, & alia, ex Romanorum mente, humano fastigio ampliora sibi decerni pateretur, hisce superbiam signis effecit, ut & dominatione abusus, & jure

(21) in Panegyrico 2. med.

(22) de bello Jugurthino Cap. XI. sub fin.

(23) *CORN. NEPOS* in vita ejus Cap. IV. § 2

(24) In Orat. pro Rhodiensibus apud *GELLIUM* Atticar. noct. Lib. VII. C. 3.

(25) in bello Catilinario Cap. LXIV. init. Cum nobiles vitam ament aulicam, commendanda ipsis videtur Dr. *JO. FRANCISCI BUDDI. Prudentia aulica, in Philos. Pract. Cap. V Sect. XIV. § 18.* ubi inter alias virtutes ab aulico requirit modestiam, & superbiam fugam verbis: „Addidi modestiam. Hanc vultu, verbis, factis, testari decet. Superbo homine nihil intolerabilius. Modestia contra & Principis acquiritur benevolentia, & ceterorum aulicorum odia si non tolluntur sapienter tamen mitigantur.„ *Et alibi A* modestia, scribit, ad quam natura omnes ducit, & agnoscenda & colenda, alieni maximopere sunt homines. Quisquis tum demum sibi vivere videtur, cum eminent super alios. Sibi ergo omnia, ceteris nihil tribuunt, seque efferre super alios & ferociter superbire, virtus reputatur l. c. Cap. III. § XIV. p. 231.

(26) l. c. Lib. II. Cap. XVI. § 6. 3.

(27) *SUETONIUS* in vita Tiberii Neronis Cæsaris Lib. III. Cap. 68 p. m. 373 seq.

jure cæsus existimetur, teste SUETONIO (28) Suo igitur exemplo probavit, vera locutum esse SENECAM (29) nunquam solide stetit superba felicitas; & ingentium imperiorum magna fastigia, oblivione fragilitatis humanæ, collapsa sunt. Sequitur enim superbos ultor a tergo Deus.

Satis quidem damni, ex ingrato superbiæ vitio metuendum, longe tamen gravius detrimentum, ab individuis ejusdem pedissequis, expectandum. Ut enim nulla calamitas sola, & malum trudit malum; ita & huic vitio vitia adherent. Sunt vero eadem, prava suspicio, livor, invidia, odium, contemptus, ira, implacabilis animus, crudelitas, simul ac superbus vel minima in parte læsum se, nec omnem sibi honorem ultro exhibitum suspicatur. Unde prima iræ causa, quibusdam creditur, superbia, ubi enim regnat superbia ibi & ira insana. Nec enim ullum superbum videas non impatientem, non morosum, non irritatu facilem, si quid in illum peccatur, idque propterea, quod se sperni, aut non pro dignitate satis honorari arbitratur. (30)

Luculentissimum ejus rei exemplum habentis in JULIO CÆSARE, qui, quod PONTIUS AQUILA, triumphanti & subsellia Tribunitia prætervehenti sibi non assurrexisset, malo id animo factum suspicatus, adeoque indignatus est, ut proclamaverit: *Repete ergo a me Aquila Rempublicam Tribunus*, nec destiterit per continuos dies, quidquam cuiquam, nisi sub exceptione polliceri, *Si tamen per Pontium Aquilam licuerit*. SUETONIUS. (31) Sed idem suo mox probavit exemplo, superbiæ plerumque adherere depressionem. Quæ sententia fuit LUDOVICI XI Galliarum Regis sæpius hoc usurpare soliti: Ubi fastus & elatio præcedunt, plerumque ignominia & detrimentum presso pede sequuntur. Ita effectum Principem, ecquis felicem, quis optimum, citra veritatis læsionem, salva conscientia, & sine adulatione dixerit. Longe alii fuerunt AUGUSTUS, VESPASIANI, Pater & Filius, TRAJANUS & alii, quos optimorum Principum titulo decorarunt Romanarum rerum scriptores.

Non tamen est quod putemus, istiusmodi Principes, optimorum titulo conspicuos illis tantum temporibus existisse. Dantur etenim, Deo supremo humanarum rerum arbitro, sint grates æternæ ac immortales, nostra quoque ætate Reges ac Principes, insigni hoc elogio jure meritoque ornandi. Ut de reliquis nunc taceam, maxima est hac in parte Suecorum, omniumque, quibus sub placido mitique Regis ac Principis nostri, imperio, acquiescere contigit, populorum felicitas. Datus quippe est nobis divina providentia, FRIEDERICUS, Rex natura mitissimus, clementissimus, Pater patriæ indulgentissimus, in quo ne quidem vestigium fastus aut superbiæ apparet; qui potius omnibus Principibus, in modestiæ exemplar, quod imitentur, proponendus. Hic Rex, subditorum suorum denderia, attentis auribus percipere, nunquam gravatur, patent potius aures ejus querelis omnium, & neminem unquam, a facie sua tristem abire patitur. Si quando justis tenax & æqui gratiam denegare cogitur, ut Rex & Judex, contra insitam naturæ indolem agit. Nonne talis Rex & Princeps optimi Regis & Principis titulo dignissimus. Quin hunc Regem nostrum clementissimum, qui amor humani generis, Suecorum gentis delicia & incolarum Germaniæ oblectamentum, si TITUM alterum, si TRAJANUM Septentrionalem, & ob pacis retinendæ restituendæque studium, nostri temporis SALOMONEM salutantes, a vero ne latum quidem unguem aberraverimus.

In hoc tamen major nostra est felicitas, quod justissima nobis exorta spes, continuandæ, & ad feros posteros propagandæ, illius prosperitatis, qua nunc placide fruitur, conscia bonorum suorum Suecia, in electo Serenissimo Principe hæreditario, & regalis solii successore, ADOLPHO FRIEDERICO Principe ac Domino nostro clementissimo. Siquidem hic Princeps, omni virtutum genere, Regi ac Salomoni nostro simillimus, optimisque Augustissimi Antecessoris sui vestigiis infisit, ut adeo optimus Rex, optimo Successori, aliquando regni & imperii gubernacula traditurus.

Fundamentum hujus spei habemus certissimum, in eximia Principis Successoris modestia, cujus quamplurimos numeramus, vel in sola urbe hac, oculatos testes. Vidimus quippe clementissimum ADOLPHUM FRIEDERICUM jam nostrum, superiore anno, secundo, ex quo urbem hanc ingressus erat, die, supremi Numinis templa

adeun-

(28) in Vita JULII CÆSARIS Cap. LXXVI.

(29) SENEC. Suasor. 2. (30) JO. SPINÆUS de Tranquillitate animi Lib. 3 p. 144 conf. CHRIST. MATHÆI Theatr. Histor. Monarch. I. §. XXXVI. p. 84.

(31) l. c. C. LXXVIII.

adeuntem, cumque in Æde divo Nicolao sacra, organon musicum *Te Deum laudamus* sonaret, attentas aures præbentem, & quod ex vultu colligere dabatur, summi Numinis in se beneficia agnoscentem. Vidimus illum urbem hanc, vicatim regionatimque permeantem, supremam Appellationum Curiam, Portum, & reliqua observatu digniora, avidis oculis lustrantem; quo cum sublimi curru vectus abire, aut carpento insidens proficisci potuisset, pedibus incedere maluit, sui videndi salutandique copiam, omnibus, etiam infimis, facturus, omniumque incolarum pariter ac peregrinorum, qui illum visendi gratia, e Ducatu Mecklenburgico, & vicinis urbibus, magno numero confluerant, expleturus desideria. Vidimus illum quam plurima clementiæ, liberalitatis & modestiæ documenta edentem, & cum quidam, aliquid exhibendi gratia, flexis in terram genibus, illum honoraturus, quasi minus attentum, oculos avertentem. Vidimus inter divinam animorum conciliatricem modestiam, miram in illo comitatem, affabilitatem, vultumque nil nisi gratiam spirantem, quin totum in humanitatem compositum. Quibus omnibus jucundam adeo sui memoriæ, tam alte civium animis impressit, & tantum sui reliquit desiderium, ut Ante leves pascantur in æthere cervi, & freta destituant nudos in littore pisces; Quam nostro illius labatur pectore vultus; ut verba Poetæ mea faciam.

Romani olim beneficiorum a Cæsaribus AUGUSTO & TRAJANO, urbi ac populo exhibitorum, memores, TRAJANO optimi Principis prædicatum tribuebant, novisque Cæsaribus. *Sis felicior AUGUSTO, sis probior TRAJANO*, acclamabant. Duobus hic Princeps ADOLPHI & FRIEDERICI nominibus insignis est. Duo Suecis longe gratissima nomina. GUSTAVUS siquidem ADOLPHUS, felicissimus fuit Suecorum Rex, qui Suecici nominis, famam & gloriam longe lateque sparsit, & afflictis in Germania Protestantium rebus, opem ferendo, Regni Suecici fines mirum in modum protulit. FRIEDERICUS vero hodiernus Suecorum Rex potentissimus, & Dominus noster clementissimus, collapsas Suecorum res pace restituit. Et quamvis in juventute sua fortissimum & maxime strenuum, in Belgio, ad Rhenum, in Italia, ad Danubium, aliisque locis innumeris, se exhibuerit, hostibus quoque Imperii Romano Germanici terrori fuerit; sapiente tamen consilio, ad gubernacula Regni Suecici admotus, paci semper consuluit, eoque ipso, urbes florentissimas reddidit. Dignus proinde ut ipsi longissimam annorum seriem, Nestoris ætatem, & ut Deus, subductis vitæ nostræ annis, amplissimum illius annis additamentum adjicere velit, precemur. Dignus, ut si quando contigerit, illum senio confectum, & vitæ faturum, ex hoc, ad coeleste regnum evocari, Successori ipsius ADOLPHO FRIEDERICO. *Sis felicior ADOLPHO, sis probior FRIEDERICO* acclamemus. Persuasum habemus optimum Principem ADOLPHUM FRIEDERICUM, clementissimi Regis nostri futurum Successorem, pari modo clementissimum, effecturum, ut feri nepotes & qui ab ipsis nascentur, causas habeant quam plurimas, Filiis & Nepotibus ipsius Augustissimis, apprecandi: *Sis ADOLPHO FRIEDERICO & felicior & probior.*

Optimos hosce Principes, tum Regem nostrum potentissimum, Dominum clementissimum, quam Principem Hæreditarium, & futurum Regis nostri in solio successorem, Principem ac Dominum nostrum pariter clementissimum, cum Sueci a Germanis, acceperint; Hicque de acquirenda prole sollicitus, Principem femellam, intra Germaniæ fines natam & educatam, Potentissimi quondam Borussorum Regis FRIEDERICI WILHELMI, nunc gloriosissimæ memoriæ, Principem filiam, LOVISAM ULRICAM, Principem ac Dominam nunc nostram indulgentissimam, omnibus animi dotibus, corporisque amoenitatibus, quæ Principem sui sexus gratam, acceptam & jucundam facere possunt insignem, verbo Principem, virtutum omnium, quæ in summi inter mortales loci Virginem cadunt, exemplum, conjugem ducat, optimos Principes utriusque sexus, a Germanis petendos & accipiendos, quilibet æquus rerum arbiter vel me tacente, confitebitur.

Horum itaque Principum augusta nuptiarum sacra, nuper quidem Berolini peracta, & hic in Lycei nostri Auditorio celebraturi, & pro salute Augustissimi Regii Paris, solenniore panegyri, vota nuncupaturi ardentissima, jussu AMPLISSIMI SENATUS, crastina luce, cathedram conscensus sum Scholasticam, de

Optimis Principibus, e Germania accipiendis,

verba facturus.

Spero imo confido, summos etiam Viros, literatos & litterarum amantes, suam nobis præsentiam non invisuros, sed aliquantum temporis, hac quidem vice, mansuetioribus Musis destinatos, præsertim ubi de honore optimorum Principum agitur.

Si ergo crastina luce, hora IX. frequentes convenient, id non tam nostris precibus, quam demississimæ, in Augustissimos Conjuges, pietati suæ daturi. Wisma-

riæ a. d. *Id. Aug.* MDDCCXLIV.

✠ (o) ✠ (o) ✠



ptum, sapienter adposuit: *Homo sum, & nihil humanum a me alienum puto.* Et *TRAJANUS*, optimus ille Princeps, Rom: Imp. maxime egregius, a *PLINIO* (21) ob id laudatur, quod unum se ex civibus putarit, nec minus hominem se, quam hominibus præesse, meminerit. Ubi talis modestia, & animi submissio regnat, ibi etiam reliquorum est affectuum & actionum decora moderatio, ideoque Principem ea indole præditum, optimum jure meritoque dixeris.

Quandoquidem vero Modestiae & Superbiae dividuum est contubernium, & secundae res animos quoque sapientum fatigant, ut prudenter *SALUSTIUS* (22) paucisfimique mortalium ea indole in *TIMOLEONTE* prædicat *CORNELIUS* (23) *Nihil unquam nescit, neque gloriosum ex ore ejus exiit: nec se habere, quod cum Sicilia recreare voluissent:* Nihil enim rerum humanarum sine Deorum Numine a sapientissimi *Catonis* (24) effatum, „atque prolixis atque prosperis, „gescere atque crescere; „ mirum perbiae etiam semina reperiri, illud commune nobilitatis malum, ju-


Superbi imaginem elegantem, „rit autem in gestu se potissimum „digitis, cervicem in equi more „nec aliter quam oblique intuentis „mentis utitur, ingenuis vero perbiae vitio insignium, quos in „adulatoribus, civibus pro extempere „perbiae vitio insignium, quos in „& optipa, adducto fere vultu „proximis sermone, eoque tarditate. (27) *ALEXANDER* Philippici „gni nomen accepisset, tantos „Phocioni, in literis salutem addi- „deo insolescebat, ut neminem „sum, nisi per interpretem, da-

Quantum vero ex superbia metuendum, demonstrant satis e „*SALOMI*, *NEBUCADNEZARI*, „*TARQUINII* Romanorum Regum „insigniti, tandemque ex urbe „sumi Imperatoris, qui cum honore „petuam dictaturam, praefectura „men Patris patriae, Statuam in „Curia & pro Tribunali, & a „sibi decerni pateretur, hisce

- (21) in Panegyrico 2. med.
- (22) de bello Jugurthino Cap. 10.
- (23) *CORN. NEPOS* in vita *Timoleontis* § 18.
- (24) In Orat. pro Rhodiensibus § 18.
- (25) in bello Catilinario Cap. 10. „mendanda ipsis videtur „*Philos. Pract. Cap. V* „quirunt modestiam, & superbiae „verbis, factis, testari de „stra & Principis acquirunt „tolluntur sapius tamen „tura omnes ducit, & agnoscenda & colenda, „nes. Quisquis tum demum sibi vivere videtur, cum eminent super alios. „ergo omnia, ceteris nihil tribuunt, seque efferre super alios & ferociter superbire „virtus reputatur l. c. Cap. III. § XIV. p. 231.

(26) l. c. Lib. II. Cap. XVI. § 6. 3.

(27) *SUETONIUS* in vita *Tiberii Neronis Caesaris* Lib. III. Cap. 68 p. m. 373 seq.



„neque gloriosum ex ore ejus exiit: „cari, nunquam aliud dixit, quam se „e habere, quod cum Sicilia recreare „e voluissent: Nihil enim rerum huma- „Plurimi contra verissimum probant, sa- „e plerisque hominibus, rebus secundis „llere, superbiam atque ferocitatem au- „on est, in eximiis Principum animis, fu- „lices agere moliri. Siquidem *superbia* „IO. (25)

„stit *REINHARDUS* (26) verbis. „Exfe- „Incedit enim arrogans, summis pedum „attollensque se supra naturae modulum „am quasi non audiens, famulis pro ju- „cognatis item pro alienis, amicis pro „e habere probant exempla variorum, fu- „S. Imperator, incedebat cervice rigida „tacitus, nullo aut rarissimo, etiam cum „ne molli quadam digitorum gesticulatio- „loniae Rex, profligato *Dario*, cum *Ma-* „ut nulli in posterum, nisi *Antipatri* & „*NNIBAL* pugnae *Cannensis* successu, a- „in castramitteret, nec ulli respon-

„on privatis solum, sed Regibus quoque „s quidem in literis, *PHARAONIS*, *AB-* „aliorumque. E profana autem historia, „o factum & arrogantiam, superbi nomine „Et *JULII CAESARIS*, laude alias dignis- „eciperet, ut continuum consulatum, per- „in super praenomen Imperatoris, cogno- „aggestum in orchestra, sedem auream in „norum mente, humano fastigio ampliora „his effecit, ut & dominatione abusus, & „jure

V. § 2
LIUM Atticar. noct. Lib. VII. C. 3.
 Cum nobiles vitam ament aulicam, com-
CINCISCI BUDDI. Prudentia aulica, in
 18. ubi inter alias virtutes ab aulico re-
 verbis: „Addidi modestiam. Hanc vultu,
 homine nihil intolerabilius. Modestia con-
 tentia, & ceterorum aulicorum odia si non
 „*alibi* A modestia, scribit, ad quam na-